UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nauicula siue speculum fatuoru[m] Prestantissimi sacraru[m] literaru[m]

Geiler von Kaysersberg, Johannes

Argentorati, 24. Jan. 1513

Joannis Geileri Cesaremontani Primi [con]cionatoris in ede sacre maioris ecclesie Argentoratensis vita a Beato Rhenano Selestatino condita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70346

Visual Library

Vita

**Beatus Rhenanus Seleſtatinus Judoco Gallo Rubea-
quenſi/doctoꝛi theologo/ac diui Mauritij apud
Nemetes canonico. S. D.**

Duplicē iacturam Argētoꝛatenſes paucoꝝ dieꝝ intercapedine fe-
cerūt. Anno em̄ ſupiori Thomā Vuolphiū iunioꝛē vnicum latine lin
gue ſpecimen amiſere: pn̄ti vo optimo bn̄ beateqꝫ viuēdi magiſtro Jo
anne Geilero Ceſaremōtano puati ſunt. Sic apud Thuſcos duo eru
ditōis lumina Picū ꝛ Politianū vno fere tpe moꝛs ſuſtulit Eaꝫ ob
rē ꝛ eloq̄ntia ꝛ religio Argētoꝛati interijſſe videt: cū vtraqꝫ ſuo ſit pe-
culiari aſſertoꝛe viduata. Ceteꝝ nouiſti pſtātiſſime vir quāta hic gra-
uitate/q̄nta ſil' autoꝛitate tot annis ppl'm edocuerit: hāc ei dubio pcul
vita ſanctioꝛ peperit. Talis em̄ eiꝰ oȯo erat qualis vita. Nō inqꝫ coꝛuꝫ
moꝛe faciebat q̄ foꝛis ſūt Catones: intꝰ Sardanapali: ꝛ q̄ alienos ner-
uos carpētes/intercutibꝫ ipi vitijs ſcatēt. De abſtinētia diſputās ipſe
ieiunabat: caſtitatē laudās caſtitatē ſeruabat: ſacerdotioꝝ pluritatem
damnās vno ɔtentꝰ viuebat. Quippe q̄ nouerat nullū efficacius docē
di genꝰ q̄ȝ agere q̄ pceperis: cū hoīes magis exēplis ac doctrina capiāt
Dm̄ vo ad defunctoꝝ ɔmendatōem nos pietas inhoꝛtat: ego vitam
huiꝰ clariſſimi viri paucis ſum ɔplexꝰ: nō tā vt glīe eius ɔſulerē q̄ lōge
lateqꝫ dudū pcrebꝛuit/q̄ȝ vt legētibꝫ bn̄ agēdi foꝛmulā quādā pberē.
Tu hanc noſtrā opellā minime improbes pcoꝛ: ſi em̄ tibi placuerimꝰ/
ſat fautoꝝ nos habere arbitrabimur. Bene vale ꝛ ſalue theologoꝝ elo
quētiſſime: ꝛ Rhenanū tuū mutuiter ama. Ex larario noſtro in vrbe
Seleſtatina: Idibꝫ Maijs. An. M. D. X.

**Joannis Geileri Ceſaremontani Primi ɔcionatoꝛis in
ede ſacre maioꝛis eccleſie Argentoꝛatenſis vita
a Beato Rhenano Seleſtatino
condita.**

SI apud Ethnicos: q̄ vel arte bellica/vel legū ferendaꝝ ſcien
tia/aut quauis alia eruditōe ceteris pſtabant: ſcriptoꝝ pco
nio nois immoꝛtalitatē ſunt adepti: cur apud chꝛiſtianos
coꝝ q̄ ſanctius vixerūt/religionēqꝫ impēſiſſime coluerūt nō
foꝛet illuſtris ad poſteritatem tranſmittenda memoꝛia? Floꝛuerūt ſane
omni euo/q̄ vtutes ceteris ardentius amplexati/heroice vite non infi-
mum veſtigiū attigerint. Ex hoꝝ numero noſtra tempeſtate fuit Joā
nes Geilerus Ceſaremontanus: cuius vite explicatōem iam inde ſecū
do deo auſpicabimus. Ortus eſt Joannes Geilerus in vrbe Schaf-
huſia/anteq̄ȝ ab inclyto Auſtrie ducatu deſciuiſſet Anno gratie. M.
cccc. xl v. decimaſexta Martij die: patre Joanne Geilero: matre autē

Anna Zubera. Pater cũ ſcribe eius opidi miniſter fuiſſet a manu du-
cta vxore anno poſt apud Amerſuillanã plebẽ notarij officiũ eſt aſſe-
cutus. Eo itaqꝫ cũ fortunis ſuis q̃ iam recẽs nato filiolo auctiores fa-
cte erãt ↄmigrauit: vbi triennio poſt aduerſantiſſimã expertus eſt fortu-
nam. Nam cum vrſum vineta depopulãtem ꝑſequuturis ſociũ ſe ad-
iũxiſſet: ab immani illa beſtia cui venabulũ incerto ictu infixerat/ita in
crure altero mordicus apꝓhẽſus ẽ/ac miſere lanciatus: vt iam de vi-
ta eius actũ crederet/ↄclamatoqꝫ ſimilis iaceret. A q̃bꝫ em̃ opem expe
ctabat/ab ijs penitus eſt neglectus/fuga ſaluti ſue ↄſulentibꝫ: ſic nocu-
it interdum forti pectore imminẽti ſe obieciſſe diſcrimini. Vulnus co
ↄgreſſu acceptũ nõ longe poſt ſacro igne correptũ viꝝ ↄfecit. Amiſſo
igit̃ patre cum iam trimatũ impleſſꝫ/a ꝑauo ſuo ciue Ceſaremontano
receptus eſt educãdus. Cuiꝰ bñficio ac cura poſt ꝓma lraꝝ tyrocinia
ad Friburgẽſe gymnaſiũ miſſus liberalibus diſciplinis vacauit: magi
ſterijqꝫ laurea exigẽtibꝫ h̃ ſtudijs ſuis eſt coronatus. Exinde mox ſa-
cris initiari curauit. Et cũ ſacerdotẽ nil magis deceat q̃ꝫ ſacraꝝ peri-
tia lraꝝ/ne myſterioꝝ inſcius a plebeo nihil differat: Baſileã venit the
ologie operã daturꝰ: vbi cũ fere q̃nquẽniũ ſtudijs ſacris impendiſſet/
ad doctorale eſt culmẽ euectꝰ. Utinã atqꝫ vtinã noſtro euo ſacerdotes
nõnulli lr̃is operã nauarẽt/ne diuinarũ ⁊ humanaꝝ iuxta ignari/a ſi-
no apud Babriã mithologũ ſacra deferẽti: eamqꝫ ob rẽ a ꝑtereũtibus
honore affecto ꝑſil'es exiſterẽt. Sed q̃d ethiopẽ lauo? Cũ iam Geilerꝰ
nouellus doctor theologie ↄſultiſſimꝰ haberet̃ ⁊ eſſꝫ: Friburgũ eſt acci
tus: vbi viri ꝓbitas antea oibꝫ erat cognita: atqꝫ chr̃ianaꝝ lraꝝ publi
blicus interꝑs ↄſtitutus. Nec illic anno longiꝰ mãſit. Nam Herbipo-
lim q̃rundã ciuiũ ꝑſuaſione ductꝰ (q̃bꝫ in thermis marchionianis e ſa
cro pulpito declamãs impẽdio placuerat) futurus ↄcionator ꝑrexit.
Q̃ vero gratus in ea vrbe cũctis extiterit/id ſubindicat: q̃ ducẽtos au
reos donec ſacerdotio opulẽtiori dotaret̃: ex ↄditõne ſingulis q̃buſqꝫ
annis erat recepturus. Sed dum Baſileã ꝓ aduehẽdis quos illic reli
q̃rat libris petit/a Petro Schotto Argẽtoratenſi ſenatore viro tam
graui q̃ꝫ prudenti rogatus eſt enixe admodũ: vt ſi vſpiam dñici verbi
enarrandi ꝓuinciã ſubire vellet/Argẽtorati id ageret: ſe datuꝝ operã
ne digna laboꝝ mercede careret. Ad hec: Hortari hoiem vt ſuggeſtũ
inſcẽderet/ꝑplõqꝫ ſui ꝑiculũ faceret: ꝑterea aſſeuerare: cũ patrie ⁊m pa
rentes oia debeamꝰ: eo illud maxime faciũdũ eſſe loco/q̃ Alſatie ſit ca
put. Id aũt tempis ex Argẽtoratẽſibꝫ ꝓmatibꝫ nõnulli felicibꝫ Petri
Schotti auſpitijs ↄcionatorẽ decreuerãt ↄſtituere/q̃ ſolus huic offi-
cio ꝑeſſet: ne religioſoꝝ fratꝝ (q̃ alternis in ede maiori declamitabant)
varietate ꝑpl's ↄfunderet̃ potius q̃ꝫ ꝑfectum capeſſeret. At ſacerdotiũ
quo ꝓuideri poſſet aliud nõ occurrebat/q̃ꝫ qđ ſacerdotis eſt epiſcopa-
lis miniſtri/quẽ vulgus capellanũ epi vocitat. Schottus itaqꝫ Rober

to antiſtiti duriſſimo exactori.xxx.aureos ꝓ eo ſacerdotio ſub ꝯditōne
ꝑpetue deinceps ad id officiū ꝓprietatis de ſuo ꝗtannis exoluit: vñ fer
tur qngentos in eā rem aureos impendiſſe. Verꝝ Herbipolēſes longā
doctoris abſentiā egreferētes: maliqꝫ aliqd amātiſſimo viro accidiſſe
ſuſpicātes: nunciū miſerūt Argētoratū: q haud vano ꝯſilio tamdiu re-
tentus eſt donec alter poſt hunc more cauſam remqꝫ oēm inueſtigatu
rus aduenisset. Sed interim parato ſacerdotio/lecta domo neceſſarijſ
qꝫ id genus alijs diſpoſitis/ꝯcionator aſſenſu canonicoꝝ accedēte ꝯſti
tuit̄. Remiſſiqꝫ ſunt Herbipolim tabellarij cum literis non ſine iuſto
neglecti tempis ſalario. Aperuimus iam ſatis ſupꝰqꝫ quo pacto Joā-
Geilerus argētoratēſis ꝯcionator euaſerit: nunc qlem ſe in reliqua vi
ta geſſerit paucis declarabimus. Nō minus exēplo qꝫ doctrina mon-
ſtrabilis: ꝑplm ſibi creditū annis.xxxiij. fideliter ꝯtinenterqꝫ docuit: ne
mini vnqꝫ adulatus. Quin pmores eccaſticos q dignitatibꝰ magniſqꝫ
pluriū ſacerdotioꝝ cenſibꝰ pollēt: ſed his abutunt̄ aut meretriculas fo
uentes aut vētrem ꝓ deo ſtatuētes/grauiter inſectabat̄. Tempꝰ aūt oē
cuius ſumptus (Theophraſto autore) pcioſiſſimꝰ eſt/ita diſſecuit: aut
eīn ꝯtemplabat̄/aut agebat/aut qeſcebat. Ocium vt nocētiſſimā ani-
mi peſtem vſqꝫadeo vitabat: vt ſomno excitatus/e lecto quoqꝫ ſtatim
exiliret. Paſſionem ſuperbenedicti ſeruatoris noſtri Jeſu chriſti ſa-
crificaturus aīo pus vſabat: habebat ad hoc piū meditatōis exercitiū/
adiutrices chartas/in qbꝰ crucifixi Chriſti figura depicta erat in an-
gulis affixas. Peragebat ſacrificiū in ede vginū veſtaliū/qs peniten-
tes vocāt. Has ne luxu ⁊ delitijs diffluerēt/qbꝰ nec pudicitia tuta ſa-
tis videret̄: in arctiori viuēdi regula ꝯtinuit. Nō tm̄ deerāt q aut amiſ
ſione lucri/aut demoniaco forſan eſtro pciti ſctām obſeruatōis inſtitu
tōem ppedire moliti ſūt: ſed hoꝝ conatus fauēte deo ſua prudētia fa-
cile ſupauit. His etiā ſacratis deo vginibꝰ Humbertū de vtutibꝰ di-
gniſſimis ſermonibꝰ explicauit: quos multo labore eiuſdē monaſterij
ſacerdos maxima collegit: viuētiqꝫ adhuc autori/recognoſcēdos tra-
didit. Prodibūt hi ꝓpe diem Schūreriano plo excuſi. Tanta vo ma
gnanimitate ſuꝑpius ꝯſcius humanā glām ꝯtēpſit/vt ſuaꝝ lucubrati
onū nihil viuꝰ ederet: cū tm̄ id ꝑ alios fieri ſciret/nō approbare/ſed acq
eſcere videbat̄. Fragmēta paſſionis: Sermones in dnicā pcem cum
Speculo ſtultoꝝ/⁊ libelli alij vernacule lingue in publicū exierūt. At
nauis ſapiētū/⁊ de morte opus/ac penitētū nauis altera latere adhuc
dicunt̄. Quoties declamaturus erat/dicēda pus ad vbum domi ſcri
bebat: ſed ſtilo extemporario ⁊ ob id incultiori/qualē theologos etate
ſupiori fere oēs ſeruaſſe videmus. Bibliothecā habuit oīs gnīs libro-
rū refertiſſimā: quā ad ſucceſſores trāſire pientiſſime voluit. Ibi neqꝫ
poetꝭ neqꝫ hiſtoricis ſua loculamēta deerāt: maior tm̄ coꝝ nūerus erat
qui rē theologicā ſuis ſcriptis illuſtrarūt. Paupes atqꝫ egeſtoſos ma

ꝓxima ſp liberalitate fouit. Hinc ꝓiectitijs īfantulis q̄tidie fere aliq̄d da
bat. Vidiſſes (ꝟa loq̄r) innumerā illi q̄cunq; trāſiret circūfuſam multi
tudinē: q̄ ſupplici voce patroni opē imploraret. Nemini vnq̄ȝ ſine mu-
nere paſſus ē abire: q̄cq̄d em̄ ex ſacerdotij cēſu vltra vite neceſſaria ſu-
peraret id oē in vſus pauperꝝ erogabat. Hoſpitalitatē q̄ȝ in ꝑegre adue
ctos ſūi ſtudio exercuit. Eruditos ac ꝓbibitate conſpicuos vehemēter
dilexit: ⁊ inter hos vnice q̄dē Jacobū Vuimphelingiū municipē meū
q̄ vrbē Seleſtatinā doctiorē tuliſſe vix credā. ⁊ ſi Hugone/q̄ in ſnias
luculēta ꝯmētaria edidit: ac Joāne altero/q̄ in ethicen Ariſtotelicā non
ſpnenda annotamēta ꝯſcripſit: inſignis exiſtat. Hūc in q̄ȝ oculis chari
orē habuit: cū h̄ de ſublimibꝫ rebꝫ diſſertare ꝯſueuerat. Thomā Vuol
phiū iuniorē (cuiꝰ morte litere q̄ȝ Argētorati ſūt intermortue) munerī
bus ē ſepiuſcule ꝓſequutꝰ. Sebaſtianū Brantū iurecōſultū Baſilee
degētē Argētoratū ꝓmouit. Carthuſios atq; eos cenobitas q̄ de fa-
milia ſunt diui Joānis hieroſolymitani religionis obſeruātiſſimi fre-
q̄nter viſitauit. Ob ſummā ꝟo eruditōem cū vite ſanctimonia copula
tā/ab inuictiſſimo Jmp. Ceſare Maximiliano beneuolētia haud vul
gari dilectꝰ eſt. Hūc interdū ad ſe acceſſire: acceſſitū nō tā comiter q̄ȝ
familiarit̄ ꝯpellare ſolitꝰ erat. Huiꝰ etiā in magnis rebꝫ ꝯſiliū nō parui
eſtimabat. Sacratiſſimo Ceſari ꝑcepta q̄dā collegit: ad q̄ ſe rex ꝯpone
re debeat/ vt ſuis vtilitatē/ſibi ꝟo gl'am pariat. Subinde dictitabat bo
ne ꝯſcie eſſe Maximilianū Aug. iuſticie ac pacis lr̄arūq; amātiſſimū
Et reuera ꝑncipes omneis lōgo poſt ſe interuallo Maximilianꝰ relin
q̄t: neq; germanis vnq̄ȝ maior victoriaꝝ ſpes data fuit/ac ſub h̄ clemē-
tiſſimo potētiſſimoq; Ceſare. Sꝫ vt vn̄ digreſſi ſumꝰ reuertamur: neu
tiq̄ȝ ſilētio inuoluēdū ē/q̄ adoleſcētulos q̄ttuor q̄ vexilla geſtātes/ſa-
cramētū eucharistie reuerētiſſime comitarent̄: ex collectitia pecunia/
cui bonā ꝑtē adiecerat/ꝑmus inſtituit. Fuit ſtatura ꝓcera/capillo cri-
ſpo/facie macilēta/ac corꝑe gracili: ſꝫ ſalubri ⁊ renū dolore excepto nul
lis egritudibꝫ obnoxius. Bis in die comedebat: vini paulo appetētior:
magna tn̄ ē ſp abſtinētia vſus/vt vel ſacꝝ q̄drageſime tp̄s q̄tidiano ie
iunio trāſigeret. Anteq̄ȝ aūt eo morbo corriperet̄/q̄ ei fatalis fuit: ab
Auguſta q̄dā ꝓbate vite puella (nullo hec extrario alimēto veſcit̄) ꝑ li-
teras de imminēte ſibi morte ē certior factꝰ: q̄ monitōe nihil ꝯſternatꝰ
diſſolui cupijt ⁊ eſſe cū Chr̄o. Augeſcēte tādē ob tumorē egritudine/
mēbraq; vitalia ſenſim enecāte/nature ꝯceſſit decimo Martij die pau
lo poſt meridiē: An. ſalutis. M.D.X. Corpus eiꝰ ſeq̄nti luce ē celebri
pompa elatū: atq; iuxta ſuggeſtum illū celatura imagūculiſq; affabre
ſculptis ornatiſſimū terre mādatū. Exeq̄as eiꝰ ſacerdotes q̄ȝ plurimi
celebrarūt: multoꝝ ciuiū atq; etiā ſenatꝰ totiꝰ p̄ſētia honoratas. Com-
poſui ego mox epitaphiū in viri ſctiſſimi memoriā: quod vt a poſte-
ris quoq; cognoſcat̄ hic ſubieci.